Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joël Johannes Kortholt

Viator, Si In Pvblici Otii Iactvra Tantillvm Tibi Privati Otii Est, Contemplare Cenotaphivm Matronae Lectissimae, Annae Kortholtae, Natae Kirchhofiae ...

Kiloni[i]: Literis Bartholdi Reutheri, 1713

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733572546

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

II.
-40
oo

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1733572546/phys_0001
DFG

enth. 32 Stücke

J Z II
1899 / 500
-40

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733572546/phys_0002
DFG

VIATOR,

SI IN PVBLICI OTII IACTVRA
TANTILLVM TIBI PRIVATI OTII EST,
CONTEMPLARE CENOTAPHIVM
MATRONAE LECTISSIMAE,

ANNAE KORTHOLTAE,

NATAE KIRCHOFIAE:

CVIVS LAVDES NEC BREVIVS ENARRARE QVEO
NEC VERBOSIVS,
QVAM SI PIAM FVISSE DIXERO.
QVID ENIM MVLTIS VERBIS PIETATEM EIVS EXPRIMAM,
QVAM ILLA MALVIT VITA IPSA EXPRIMERE?
DOLE VIATOR,
QVOD PIORVM TAM EXIGVVS NVMERVS.
SED IDEM LAETARE, SI CHRISTIANVS ES,
QVOD ETIAM NOSTRIS SECVLIS ETSI PERDITISSIMIS
TAMEN CHRISTIANIS ADHVC MONVMENTA EXTRVANTVR
QVODQVE PRISCIS CVM SECVLIS
NONDVM EXVLAVERIT OMNINO PRISCA FIDES.
PIE DEFVNCTA,
INTER TOT NOVATVRIENTIS MVNDI MVTATIONES,
ANTIQVVM SEMPER OBTINEBAT;
ID EST PROBITATEM ET SINCERITATEM,
MORES SECVLI SAEPE MVTARI VIDIT;
IPSA SEMPER EADEM.
ET SICVT IPSA CONTEMNEBAT MVNDVM,
ITA EIVS CONTEMPTVM ALIIS COMMENDABAT.
ITAQVE VIXIT QVIDEM IN MVNDO,
NON TAMEN MVNDO.
CVIVS SICVT IAM PRIDEM PERTAESA ERAT;
ITA AEQVO ANIMO EVM RELIQVIT;
QVIPPE QVEM IAM PRIDEM VOTIS SVIS RELIQVERAT.
SCILICET IPSA PACIS AMANTISSIMA,
PACEM SCIEBAT A MVNDO NEC POSSIDERI, NEC DARI.
ITAQVE INTER ARMA ET TVMVLTVS BELLICOS
CAELESTEM ANHELABAT QVIETEM.
VOTI SVI MATVRE COMPOS REDDITA,
CLAVSIT DIVINO NVTV OCVLOS,
NE PRAESENTIA MALA VIDERET.
SI QVAERIS VIATOR,
QVIS MONVMENTVM HOC POSVERIT?
QVID AEQVIVS; QVAM VT MATRI PONERET FILIVS,
OLIM ILLI DILECTISSIMVS, NVNC SVPERSTES?
QVID AEQVIVS, QVAM VT AB EO ASCENDERET AMOR,
AD QVEM OLIM CVMVLATIM DESCENDERAT?
ABI VIATOR,
ET, SICVT NVNC ALIENAM MORTEM MEDITATVS ES,
ITA TVAM QVOQVE MEDITARE.
ID AGE, VT IN TE OLIM, ET IN TVO MONVMENTO
LAVDENTVR VIRTVTES,
QVAS NVNC LAVDAS.

I. I. KORTHOLT.

KILONI, Literis Bartholdi Reutheri, Acad. Typogr. 1713.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733572546/phys_0003
DFG

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733572546/phys_0004
DFG

LBMV Schwerin
000 314 889
33

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733572546/phys_0005
DFG

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733572546/phys_0006

NEQVE T[illegible]SSENIA
AB INGEN[illegible]NDIAM,
AVT AB ART[illegible]IS INSIGNE;
QVIN POTIVS A[illegible] DESIDERIVM,
ET A DOLOR[illegible]T FLETVS.
QV[illegible]
EXIGVVM HOC MAGNI AM[illegible] DOLORIS MONVMENTVM
MAESTI[illegible]OSVIT

SEBASTIANV[illegible]RTHOLTVS,

PHIL. MOR. [illegible]EOS PROF.
CVI ACER[illegible]OLORES
OMNI AQ[illegible]ALIA,
ET IC[illegible]TICO
PLANE [illegible]XERE,
EX QVO IDEM CVM [illegible]ATVM EXPERTVS,
NON SOLVM ANNAM C[illegible]I SIBI VITA CARIOREM,
SED ETIAM FLENSB[illegible]AM DEFVNCTAE,
ANNAM GVDIAM, MA[illegible]CO SIBI DILECTAM,
KILONII ET IPSAM MATR[illegible]M OPTIMAM ANNAM,
ROSTOCHII [illegible] ANNAM,
LINDEMANNAE SORORIS SV[illegible]M VNICAM ET NVBILEM,
IDEOQVE TRIBVS AN[illegible]DVM CIRCVMACTIS,
QVATVOR [illegible]AMISIT,
FVNERAQVE FV[illegible]S CVMVLATA
ET LACRIMIS SVIS ET [illegible]S PROSEQVVTVS EST.
ABI[illegible],
ET HOC NIMIAE FRAGILIT[illegible]MANAE EXEMPLO DISCE,
VITAM NOSTRA[illegible]VISSIMO FILO,
ET E MOMENTO PE[illegible]AETERNITATEM.
DISCE, VEL SECVNDIS [illegible]ORTVNAM VERERI,
QVVM CERTA MORTIS [illegible]HIL SIT INCERTIVS.
PROINDE TOTA VITA [illegible]DITATIO SIT MORTIS,
VT IN[illegible]RE
NON TAM VI[illegible]M MORTE,
QVAM MO[illegible]VM VITA
CO[illegible]